

Denique qui missi fuerant, curaverunt puerum ad Episcopum ducere, & quem tacente reliquerat, B. Leonis suffraganeus meritis, eloquentem adducunt. Regressus igitur Episcopus Romanum Pontificem adiit, quod omnipotens Dominus per B. Leonem operari dignatus fuisset ostendit. Et tunc ceperunt ipsi eius veneranda merita cunctis predicare, quae aliis antea referentibus non patiebantur audire. Ex Desiderio Abb. Casinensi, postea Pontifice Viduere III. lib. 3. Dial. Baron. tom. 11. ann. Dom. 1054. 49. 50.

An. Dom. 1126. Martii vero die secundo, à Buchardo Strateni interfectus fuit S. CAROLUS Comes Flandriae, cum Henrardo, & duobus filiis, Galtero, & Gisleberto, in templo elemosynam faciens. Ad cuius corpus ante aram maximam à sacerdotibus reverenter positum allatus à Rengero Te-lone debilis quidam adolescens Rogerius nomine, omnibus membris contractus, qui Principis admotus corpori, subito sanus, ac validus in pedes suos laudans Deum subleuit. Jac. Meyer. lib. 4. Annal. Flandr.

An. Dom. 1086. obdormivit in Domino venerabilis Dominus, & Pater ANSELMUS Lucensis Episcopus: Et cum concedentibus Episcopo, ac Comitissa civitatis Mantuanæ, ceterisque omnibus iam deferentibus ad monasterium corpus, affuit subito Reverendissimus Sabinenis Episcopus, Dominus Dominus, quem & Spiritus sanctus suscitavit, ut clamaret, dignum esse, ut in Episcopio Episcopus sepeliretur. Tanta, inquit, lucerna non decet, ut abscondatur: ipse adhuc vivens tanquam indignum se humiliavit, nos autem, ut verè dignum exaltare oportuit hominem, quem fuisse scimus sanctissimum. Acclamatum est idem statim ab universis, rapturque à Monachorum exequiis, in Episcopium deferretur, ibique venerabiliter sepeliretur. Mirabamur hoc quasi magnum primò miraculum, nescientes quod deinceps mirabilis erat futurum. Nam & id quoque primò notavimus, quod multi Episcopi, & Cardinales, magna etiam multitudo militum, die obitus sui eadem in civitate convenerunt, & ipsius transitum, & clara miracula viderunt post obitum. Tertia itaque nocte post sanctissimi patris venerandam dormitionem, quodam contracta, quae una semper manu, & duos menses, ac dimidium manserat, apud predicti patris tumbam, meritis ipsius sana crecta est in prima noctis vigilia. Sequenti vero die circa tertiam (ut visum est) horam, fertur, quod quaedam à navitate exca ibidem fuerit illuminata, quam Brixienis Comitatus incolam tunc audivimus. Baron. tom. 11. an. Dom. 1086. 9. 10. 11.

Cum lues inguinaria Trevericum populum in circuitu civitatis valde vastaret, & Sacerdos Dei Nicetius pro ovibus commissis Dei misericordiam imploraret assidue, factus est sonus de nocte magnus, tanquam tonitruum validum super pontem amnis, ita ut patiretur urbs ipsa absorberi. Cūque omnis populus exterritus in seclulis resedisset, lethiferum sibi interitum oppetiens, audita est in medio vox una ceteris clarior: dicens: Et quid hic, o socii, faciemus? Ad unam enim portam EUGHARIUS sacerdos observat, ad alteram MAXIMINUS excurbat: in medio versatur NICETIUS: Nihil hic ultra prevalere possimus, nisi sinamus hanc urbem eorum tuitioni. Hac audita voce, statim morbus quiescit, nullusque ab eo ultra defunctus est. Greg. Turon. in libel. vitæ S. Nictii.

D. Gregorius Turonensis libro de Gloria confessorum narrat, quod cum lues inguinaria populum primæ Germaniæ devastaret, & omnes terreorum, huius cladis audire concurrens Rhemenfium populosal S. REMIGII sepulchrum, congruum huius cauge flagitare remedium. Accensis cereis, lychinisque non paucis, hymnis, psalmisque celestibus per totam excubat noctem. Māc autem factò, quid adhuc precari dedit in tractatu rimatur: repertum enim, revelante Deo, qualiter oratione præmissa, adhuc majori propugnaculo munitur. Assumpta igitur palla de beati sepulchro, componunt in modum seretii, accensisque super cruces cercis, atque ceteroferalibus, dāne voces in canticis, circumeunt urbem cum vicis. Nec prætereunt ullum hospitium, quod non hac circuitione concludat. Quid plura? Non post multos dies, fines huius civitatis lues aggreditur memorata: Verum tamen usque ad eum locum accedens, quod beati pignus accessit, ac si constitutum cerneret terminum, intro ingredi non modo non est ausa, sed etiam quæ in principio pervaserat, huius virtutis repulsi reliquit. Greg. Turon. de glor. Confess. c. 79.

Apud Hypponem Bassus quidam Syrus ad memoriam S. STEPHANI Protomartyris orabat, pro ægrotante, ac periclitante filia, eoque secum vestem detulerat. Cūm ceceperit de domo coccurrerunt, qui ei mortuum nuntiarent. Sed cum, orante illo, ab amicis ejus exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domum redisset, jam suorum ejulatibus personantem, & vellem filia, quam ferebat, super eam projecisset, reddita est vite. Rursus ibidem apud nos Irenæi cuiusdam collectarii filius ægritudine extindus est: cūmque corpus jaceret, exanime, atque aliis gementibus, & plangentibus, exequiæ pararentur, amicorum ejus quidam inter aliorum consolantium verba suggestit, ut ejusdem martyris oleo corpus perungeretur. Factum est, & revixit. Itemque apud nos vir Tribunius Eleusinus super memoriam martyris, quæ in suburbano ejus est, ægritudine exanimatum posuit: tantulum silium suum: & post orationem, quam cum multis lachrymis ibi fudit, viventem levavit. D. Aug. lib. 22. cap. 8. de civ. Dei.

In Cusu contigit, ut quidam PUER annorum circiter duodecim ætatis culmine dejectus ab alio, sex dies absque ullo sensu permaneret: Sacerdos Societatis Jesu eò concedens reliquias quasdam Sanctorum ad collum pueri appendit, & continuo revixit. Id evenit anno Domini supra millesimum quingentesimo octogesimo tertio. Thom. Bozius de signis ecc. dei tom. 1. lib. 5. c. 2. 1583.

Cum Guntherannus Rex ita se spiritualibus actionibus mancipasset, ut relicti seculi pompæ thesauros suos Ecclesie, & pauperibus erogaret, accidit, ut misso presbytero munera fratribus, qui S. AGAUNENSIBUS deserviant, ex voto transmitteret, præcipiens presbytero, ut ad eum rediens sanctiorum sibi reliquias exhiberet. Igitur dum impleta Regis præceptione cum his rediret pignoris, Lemani laci, per quem Rhodanus insulit, navigium petiit. Extenditur autem lacus ille in longitudine quasi stadiis quadringentis, latitudine autem stadiis centum quinquaginta. Denique reverens presbyter, ut diximus, cūm navigium huc fuisset aggressus, subito tempestas exorta fluctus tollit, ad sidera exurgente undarum montes, & nonne puppis naviculae coram debilitent, fertur in altum, tunc iterum demersa puppe, prora tollitur in sublime. Turbantur nautæ, & nihil aliud nisi sola mors in hoc periculo præstolatur. Tunc presbyter eum videret se his fluctibus obrui, & ignis undarum ipsarum graviter operiri, extra dā collo capsula, quæ sanctorum pignora continebat, undis tantummodo fidus objecit, ac sanctorum præsidium clara invocavit voce, dicens: Ne percam in his fluctibus, virtutem vestram deprecor, martyres gloriosi, sed potius, qui jugiter pereuntibus præbetis auxilium, mihi, quæso, dexteram salutis porrigere dignemini: fluctus operimite, nosque ad litus optatum vestri adiutorii ope deducite. Et hæc dicens, cessante vento, decedentibus undis, ad litus evecti sunt. Gregor. Turonens. lib. 1. de glor. mart. cap. 76.

Quenam miranda Diacono Roma in Gallia redeunti, cum sacris reliquiis à S. Gregorio Papa I. acceptis, contingerint, Gregorius Turonensis narrat his verbis: Ab hoc etiam Gregorio Papa Diaconus noster reliquias Sanctorum attulit, dum adhuc in Diaconatu degeret. Hic autem DIACONUS à Papa Urbis Romæ Palatio, quorundam Martyrum, Confessorumque pignora accipiens, cum grandi psallentio, psalmodia videlicet, vel clericorum officio, ac populi immensi obsequio, usque ad portum deductus est: & ingressus navem, erectis velis, accepit illum antennæ, quæ modulum crucis gestat, apparatus extensis, flante vento pelagus altum arripuit. Qui dum navigaret, ut Massiliensis civitatis portum attingeret, appropinquare ceperunt ad locum quandam, de quo à litore maris lapideus mons exurgens, ac paulatim discedens summa tenus unda in mari distenditur. Cūmque impellente vento, carina magno impetu ferretur in præceps, ut scilicet scopulo illata, quæstaretur; atque nautæ discrimen inuentens exitus vociferarentur: Diaconus elevata cum sanctis pignoris capta, invocare nomina singulorum cum gemitu, & voce maxima ce-pit, deprecans, ut eorum virtute ab hoc periculo perituri liberarentur. Jam jamque appropinquabat navis, ut præfati sumus, ad scopulum: & statim in sanctorum contemplatione reliquiarum, ab ipso loco commotus, cum violentia majori ventus huc vento contrarium fluctum elisit, ventumque adversum repulit, ac nave in palagus profundum revocata, cunctos à mortis periculo liberavit: sicque gyrata mole periculi, portum, quem desi-

E

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AAA

BBB

CCC

DDD

EEE

FFF

GGG

HHH

III

JJJ

KKK

LLL

MMM

NNN

OOO

PPP

QQQ

RRR

SSS

TTT

UUU

VVV

WWW

XXX

YYY

ZZZ

AAA

BBB

CCC

DDD

EEE

FFF

GGG

HHH

III

JJJ

KKK

LLL

MMM

NNN

OOO

PPP

QQQ

RRR

SSS

TTT

UUU

VVV

WWW

XXX

YYY

ZZZ

AAA

BBB

CCC

DDD

EEE

FFF

GGG

HHH

III

JJJ

KKK

LLL

MMM

NNN

OOO

PPP

QQQ

RRR

SSS

TTT

UUU

VVV

WWW

XXX

YYY

ZZZ

AAA

BBB

CCC

DDD

EEE

FFF

GGG

HHH

III

JJJ

KKK

LLL

MMM

NNN

OOO

PPP

QQQ

RRR

SSS

TTT

UUU

VVV

WWW

XXX

YYY

ZZZ

AAA

BBB

CCC

DDD

EEE

FFF

GGG

HHH

III

JJJ

KKK

LLL

MMM

NNN

OOO

PPP

QQQ

RRR

SSS

TTT

UUU

VVV

WWW

XXX

YYY

ZZZ

AAA

BBB

CCC

DDD

EEE

FFF

GGG

HHH

III

JJJ

KKK

LLL

MMM

NNN

OOO

PPP

QQQ

RRR

SSS

TTT

UUU

VVV

WWW

XXX

YYY

ZZZ

AAA

BBB

CCC

DDD

EEE

FFF

GGG

HHH

III

JJJ

KKK

LLL

MMM

NNN

OOO

PPP

QQQ

RRR

SSS

TTT

UUU

VVV

WWW

XXX

YYY

ZZZ

AAA

BBB

CCC

DDD

EEE

FFF

GGG

HHH

III

JJJ

KKK

LLL

MMM

NNN

OOO

PPP

QQQ

RRR

SSS

TTT

UUU

VVV

WWW

XXX

YYY

ZZZ

AAA

BBB

CCC

DDD

Antistes oratione celebravit, qua simul Virginis laudes per A sequitur. Eam vocat Christifupremi Regis animarum civitatem, Christianorum solatium, eorum, qui vexantur, potentissimam adiutricem, peccantium, si modo poeniteant, paratissimum, justissimumque perfugium. Et Euthymius Monachus: Laudatur, inquit, zona, quae annos plus non-gentos illata, atque integra perseveret, cuius nequaquam infuscat us est color, quae vincit splendore nivem, talemque se videndum exhibet, qualis ex manu prodivit artificis. Ea se caeli Regina revera, ut credimus, cinxit, idolorum contrivit aras, gentium delubra vastavit, & humani cruoris effusionem, flumenque coercuit. *Ex orat. S. German. Patriarchae Constantin. apud Simeon. Metaphr. & Euthymio Monacho apud Metaphr.*

LEONE Imperante, veneranda immaculatae matris vestis hoc modo Constantinopolim perlata est. Hanc ad filium migrans Dei Mater mulier Hebraea cecelibi, seu viduae reliquit, quae etiam usque ad illud ipsum tempus incorrupta permansit, & multa miracula edidit. Postquam autem Candidus, & Galbicus Germani fratres patricia dignitate praediti, Hierosolyma B profecti, omnia loca perlustrarunt, & excolatj sunt, atque inde etiam in Galilaeam partes venerunt, & thesaurum hunc apud Judaeam quandam aservatum repererunt, cognoscilium eius auferendi ceperunt: & Hierosolymorum urbe peragrata, & sancto quoque loco salutato, ex Palastina discessuri, arcam eadem longitudine, & latitudine, quae illa erat, in qua divina Dei Matris vestis reposta erat, fieri curarunt: eamque vacuam solito ornamento coopertam per fraudem in loco suo deposuerunt: alteram autem illam cum sacrosancta veste ceperunt, & cum ea quam celerrime Constantinopolim re-tulerunt: in suburbana regione, cui Bacherz nomen erat, occultare divinum thesaurum volentes. Quandoquidem ve-ro rem tentare, quae fieri nequiret, visi sunt, gratis etiam volut ad Imperatorem reituler. Atque ille incredibili elatus clamore, rotundo in eo loco, ubi aservabatur, constructo templo, cum summa veneratione sacram arcam in eo colloca-vit: ubi nunc quoque veneranda illa vestis integra servatur, & veluti invictum, perpetuumque urbis praesidium, quae varios repellit morbos, & miraculis, quae in ea fiunt, naturam, & vim temporis superat. Pulchra quidem celebris Imperatrix, ingens vult Marciano Dei Matris condidit templum, ubi sepul-chrales facias repositi, Leo autem Magnus aliud construxit, in quo magnifice vestium illum consecravit. *Niceph. Gall. b. h. Eccl. lib. 11. c. 24.*

Anno Dom. 592. inter multas Gregorii Papae III. aetna-nas felix illud, ac faustum accidit, ut reperta tunica S. JOANNIS Evangelistae Romam deferretur: cum enim inno-tuisset ipsi Gregorio tunica S. Joannis apud quandam Epif-copum aservari, Episcopus illum cum ea Romam venire praecipit, ita de his scribens ad Joannem Abbatem: De tunica vero sancti Joannis omnino grate suscepi, quia sollicitus fuisti mihi inclinare. Sed studeat dilectio tua mihi ipsam tunicam, aut (quo melius est) eundem Episcopum, qui cam habet, cum clericis suis, & cum ipsa ad me transmittere: quatenus & be-nedictione tunicae perfruarer, & de eodem Episcopo, vel clericis mercedem habere valeamus. Hanc autem Romam fuisse perlatam, & colloctam vult altare S. Joannis in basilica Con-stantiniana, testatur Joannes Diaconus, qui cam consuevisse coruscare miraculis tradit: At enim; Quae quidem vestes usq; haecenus tanta locarent, dispositione Dei contigit, ut eodem tempore foras excussa pluviam conferant, inundationis vero D serenitatem reducant. *Greg. Mag. l. 2. ep. 3. l. 11. Joa. Diac. in vita S. Greg. Bar. tom. 8. an. Dom. 59.*

Ann. Dom. 1014. Monachi quidam ab Hierosolymis venientes, particulam LINTI, cum quo pedes discipulorum Salvator extexit, secum detulerunt, & ob reverentiam loci sacri monasterio Cassinensi obtulerunt. Verum cum plurimi fidem derogerent, illi sive praediti particulam istam ardentibus imponunt prunis, quae mox in colorem ignis versa est: Amotis tamen carbonibus, ad pristinam speciem admirabiliter rediit. Cumque cogitarent, quomodo, vel ubi pignora tanta locarent, dispositione Dei contigit, ut eodem die mitteretur huic loculus ille mirificus, ubi nunc condita est linte ipsius particula, & pulcherrime decoratus. Ibi ergo amolico crystallino, cum omni veneratione locata est; motique est annis singulis ipso die cenae Dominicae ad mandatum fratrum a mansionariis, argento, & auro, gemisque opere angelico subtiliter, & pulcherrime decoratus. Ibi ergo amolico crystallino, cum omni veneratione locata est; motique est annis singulis ipso die cenae Dominicae ad mandatum fratrum a mansionariis, argento, & auro, gemisque donec impleatur mandatum, ab apolytho incensari. Demum

juxta finem mandati, a singulis per ordinem fratris flexis genibus devotissime, adorari, & reverenter excolari. B *Leo Optiens. in Chron. Cassin. l. 2. c. 94. Bar. tom. 11. an. Christi 1014. 13.*

Cum defuncti B. IGNATII Lojola corpus exequiarum causa jaceret in feretro, Bernardina quadam Romana, si-liam strumis jam diu laborantem, quam arte nulla medici sanare valuerant, ad osculandas mortui manus admove-re vehementer optabat, & cunctas ex eo contigit filiae vultudi-nem sibi pollicita. Sed cum pra turba impetu sepe facto puella nunquam ad feretrum accedere potuisset: denique mater, quippe quam filiae charitas valentiorum, audaciorumque red-debat, non ante desistit, quam ex vestimentis Ignatii fru-stulum adepta est. Id frustulum Virginis collo simul atque alligatum, velut praesenti numinis ope morbus eva-nuit, cujus miraculi rumor, cunctis, ut pat est, admiranti-bus, longe, lateque manavit. *Joan. Pet. Moss. in vita S. Ignat. l. 3. c. 14.*

Sacrosanctum linteum illud, quo Christi facies, cum ad passionem traheretur, sudore flentis absterfa est: ejus conta-ctu, cum B. VERONICA attulisset ad Tiberium Caesarem, a F lepra mundatus est. Ut ex Methodio Tyriorum Episcopo re-colitur Marianus Scotus. Quin Volusianum ingentem in dorso gibbum patienti ejusdem Judarii contactu morbus propulsus est. Servatur hoc B. Veronice sudarium Romae, ac colitur summa veneratione. Testatur haec praeter Constantinum Porphyrogenitum etiam Bergomas, Polydor. Virg. invent. libro sexto, capite decimo tertio. *Ex Method. Mariano Scoto. Constantino Porphyrogenito, & alii. Simeon Majolus Episc. Vulturariae. coll. 9. 20.*

Gregorius VII. Papa MITRAM capitis sui transmisit An-selmo tertio Luceni Episcopo, tanquam poretatem suam ligandi, & solvendi, sed & miracula, credo faciendi. Nam non multo post, cognoscentibus nobis omnibus, per ipsius consilium, & fidem magnam, praeterea quadam fecit Deus per eandem mitram mirabilia. Inter alia enim Reverendiss. Dominus Ubaldo Mantuanus scilicet Episcopus, multis jam annis gravissime splenis, toto corpore ulceratus, praesertim in cruribus, sic ut vix quomodo libet stare posset, vix etiam jacere, vel sedere, qui & multa in medicis erogave-rat, nihilque profecerat, apposita eadem mitra, ubi major ingruebat dolor, pristinae redditus est sanitati. *Baron. tom. 11. an. Dom. 1085. 13. ex Biblioth. ejus temporis scriptore, G. in vita S. Gregorii.*

Ann. Dom. 922. in pago Parisiaco in villa, quae dicitur Ge-sedis, multa miracula in Ecclesia S. PETERI, a quarto superio-re anno, ex quo scilicet reliquiae de barba ipsius Apostoli illuc sunt relatae, facta memorantur, ita ut inter caecos, & claudos, vel contractos amplius quam centum septuaginta sanitate do-nati referantur, & demoniaci vero quotquot illuc abierant, sano sensu, pulsus demonibus redierunt, praeter alia innume-rabilia, quae ibi sunt acta. *Ex Frodoardo de rebis sui temp. Bar. an. Dom. 922. tom. 10.*

Frater quidam Dominiciani instituti Guilielmus Portas, cum in Majorica Insula B. VINCENTIUS esset, pilos quos-dam rasa barbae illius ex devotione multo tempore aser-vavit. Is, ut audivit fecimnam quandam a demone occupa-tam, quae multa etiam secreta indicaret, pilos illos panno involutos ad ejus collum alligavit. Tum vero majus demum acrius cepit vexare fecimnam. Interrogatus cur esset solito atrocior, respondit: se vim magnam sentire capillum fra-tris Vincentii Ferrerii, & tandem a femina abscissit, ca H penae exanimi relicta. Multi alio solo vestium fracti viri con-tactu a diversis, & quidem exitiabilibus morbis sanati sunt. *F. Petr. Ravenn. Panor. in vita S. Vincentii, l. 4. in fin. apud Sur. tom. 2. Apr. 5.*

Quodam tempore lingua mihi, Gregorio Turonensi vide-licet, graviter obtruguerat, & ut plerumque, dum loqui vellem, balbutire me faceret: quod non mihi sine improprio erat. Accessi autem ad tumulum S. Martini, ac per lignum can-celli linguam impedimentum traxi. Procinus tumore composito convalui. Intumuerat enim valde, & totum palati impleve-rat antrum. Deinde post diem tertium, & totum palati impleve-rat cepit. Accessit iterum querere fanitatem ad tumu-lum, tactusque ad dependendum verere procinus stetit vena pulsus. *Gregor. Turon. mirac. S. Martini lib. 4. cap. 2. apud Bar. tom. 7. an. Dom. 574.*

Praetoris munere praecipua cum laude perfunctus Basilus Apocaucus, priusquam rediret in patriam, Lacedaemonem ven-it, ut sacram B. NICONIS thecam adoraret, summeque in illum amorem

amorem, & studium testaretur; discedens autem collectum A vasculo sacrum unguentum, quod sanctificationi, malisque, & morbis omnibus depellendis proficuum esset, domum tulit. Domi ergo quondam ex famulis, quem in intimis habebat, & gravi, lethali quoque morbo decumbentem, ac desperata per me-dicum valitudine deploratum natum, divino, quod gerebat, dicitum Gregorium (id enim servo nomen erat) certa fide, unguentum inunxit. Res mira! sub mediam noctem e lecto repente desiliens aeger, suisque pedibus gradiens, sonora voce, qui modo clinguis erat, uxorem vocat. Apocaucus ad vocis sonitum excitus, accurrit, & sanitati, aut vitae potius restitutum cernens, modum, causamque interrogat: tum ille, monachum sibi quendam adfuisse ait, insignem cruce virgam manu gerentem, cultuque corporis eremitico; & lethalem morbum proinus depulisse. Astans enim mihi, aiebat mona-cho (cujus etiam vultus lineamenta signabat, ex quibus Apocaucus sanctum fuisse didici) manumque prehendens: Deus, inquit, propter Apocauci fidem, vitam tibi Meteonitz precibus largitur, & cum hoc dicitu statim abiit. Ego vero in-tegram valitudinem adeptus sum. *Ex Abbate monasterii S. Niconis Bar. tom. 10. an. Dom. 981.*

B SANCTORUM RELIQUIAS VIOLANTES, ET CONTENTENES PUNIUNTUR.

Postquam sacratissima Dei Mater animam Deo reddidit, A Apostoli, & qui praetera ibi aderant viri egregii, lectum corona circumdantes reverenter illam excolantur. Ad quam deinde quam plurima sunt miracula, caeci namque, praeter spem, expectationemque omnem, oculis suis solem cernunt, surdis auditus suus datur, claudi gressus recipiunt, & ut semel dicam, omne morbi genus атачу solo proflus ce-dit, & profugit. Deinde cercis ardentibus praestatis, & unguen-tis, floribusque sparsis, atque Angelis caelitus feretrum, vel praerentibus, vel stipantibus, vel etiam consequentibus, di-vinis patribus, & Apostolis divina quadam carmina concin-entibus, intellectualis illa, atque spiritalis arca, ex Sion in Gesemani, Apostolicis eam gestantibus manibus fertur. Etenim in hanc tantam laetitiam mollescit, & durum quid-dam incidit, quod silentio praetereundum non sit. Cum enim divinum illud tabernaculum, ita ut didicimus, ad Gesemani portaretur, ubi Dei genitrix sepeliri se mandaverat, JUN XI in-vidiam tabescentis, cum occultare non possent eum, qui in mentibus eorum fovebatur, livoris affectum, produunt. Inter quos alii quidam confiditior, furibundisque magis, (erant autem ex Sacerdotum ordine) cum sacrum tabernaculum portaretur, impetu quodam praeter rationem percitus, in id ferretur, humi prostrerem sacram illam arcam, atque pefundare in animo habens. Sed enim vindicta nequaquam moratur: Namque ab ulnis manus illius recisa ex feretro de-pendit. At quae divina nativitate sua, laetitia habitabilem orbem omnem repleverat, ne in obitu quidem cuiquam mole-stia, aut aeternum alicuius causa futura erat. Porro is, cui hoc contigerat, & incurabilis esset, poenitentiae ritae praetendi reme-dium: & quoniam manus, quas non habebat, praetendere ne-quit, lachrymas proferet, & simul cum ea respicientiae disci-plina cura quoque adest. Feretrum enim consistit, & manus ad refectionem, unde deciderant, accommodatae (Petri D id iusto factum) confestim pristinum statum recuperant. *Niceph. b. h. Eccl. 2. c. 22.*

Refert D. Gregorius Nazianzenus, duos nepotes Con-stantii Imperatoris, Gallum, & JULIANUM, volentes ex-terruere insignem Ecclesiam supra tumulum Mamantis marty-ris, inter se divisisse opus; sed partem illam, quae extruebatur a Gallo, veropio, & fideli, felicissime processisse: partem autem, quae extruebatur a Juliano, qui Apollata futurus jam mente corruptus erat non potuisse unquam coalescere; quod terra insolito more contremiscentis continuo quasi evo-meret, quidquid Juliani sumptibus in fundamentis proice-retur. Causam hujus miraculi Nazianzenus fuisse dicit, quod S. Martyres se inter se mixtice diligant: ideo enim Marty-rem, qui templum extruebatur, honorem illum recusasse, quod nollet ab eo honorari, a quo collegas suos contumelia afficiendos praevidebat: & ipsum etiam Deum, qui corda intuetur, opus Galli, tanquam Abelis sacrificium admiffisset; opus Juliani, tanquam sacrificium Cain abiecit. *Ex Greg. Nazianz. orat. in Julian. Bellarm. 2. de reliquiis Sancti. c. 2. tom. 1.*

Anno decimo octavo Imperii Mauricii, CHAJANUS cum barbaro exercitu suo Diriziperam venientes civitatem depo-pulati sunt, & sancti Alexandri Martyris ecclesiam incendere-unt; sepulchrumque illius argenteo tecto coopertum spolia-nt. Sed & injuriis quoque Martyris corpus afficiunt, mul-tamque in Thraee praedam capientes, epulabantur splendide, contra Romanos elati. Deus autem vindictam martyris fa-ciens Alexandri, pestilentiam languoris barbaris intulit, & in uno die septem filios Chajani per febrem, & inguinarium pas-sionem occidit, una cum aliis turpibus multis, ita ut post triumphale gaudium cum carminibus, & canticis, lamenta-tiones, & lachrymae, & luctus sine consolatione possideret barbaros. *Eutrob. lib. 17. Rerum Roman. Niceph. Callisti. lib. 18. cap. 28. Bredemb. l. 5. c. 49.*

Silencio minime praeteribo miraculum, quod post mortem Ignatii Patriarchae Constantinopolitani contigit. LYDUS Sa-cellarius quidam suggestione Photii impudentis monaste-rium ingressus, ut omnes, qui in sancto ejus sepulchro preces effundebant, ut suis egestatis opem ferret, verberibus, & jurgis percelleret: hoc cum fecisset, addidit malum malo, & praecipit, ut prope sacrum sepulchrum effodiatur, & profun-de terra evertatur, ea videlicet occasione, co quod eo in loco F a Patriarcha multum aurum alia fuerat occultatum: revera autem, ut hoc dedecus impingeret venerandis illis reliquiis, ita invidia omnino illum occupaverat, insanam videlicet ejus animam, ut ne post mortem quidem illum quiescere sineret. Sed una cum impio illo mandato impium etiam ira a Deo missa adorta est, non ferente in hoc loco Dei longanimitate, sed velociter merito inferre vindictam. Quamprimum igitur vehementer clamans superbus ille, ac si interficere, sursum, ac deorsum proprio sanguine insit furit ex ore manante eructatus, alienis manibus deportatus, quasi voce carens, quatuor diebus ita tormentatus est hanc animam: *Ex Niceta Davide in vita S. Ignat. Bar. tom. 10. an. Dom. 878.*

Anno a morte S. Thomae Aquinatis quadragesimo secun-do, CANONICUS quidam Salernitanus sacras reliquias in-quirens, quas reponeret in sacello sanctae Crucis ab ipso constructo, ad castrum ubi manens sancti Doctoris servaba-tur, adventi, multaque ipsi offensas sanctorum reliquias, reverenter, ut par erat venerabatur. Cum autem dices sa-cellanus Castris, sed adhuc majoris pretii habere reliquias, G nempse manum fratris Thomae Aquinatis, ille sprexit, & irritis dicens: illum sanctum non esse, sed unum e familia S. Dominici: Mox vero contemptum secuta est vindicta caelestis. Nam tremor illum ingens apprehendit tor-tus corporis, & caput ejus mire intumuit. Tum ille ad se rediens, seseque temeritatis arguens, veniam petit a Sacer-dote, manumque S. Thomae reverenter excolans, & tre-more, & tumore se sensit liberatum. *Joan. Garz. in vita ejus apud Sur. tom. 1.*

Fuit in Arverna urbe admirabilis sanctitatis Amabilis quid-dam vici Ricomagenis presbyter, qui virtutibus magnis praecellens, saepe serpentibus dicitur imperasse. Nam ad lu-jus tumulum cum Dux VICTORIUS despexisset orare, affixo e regione equo, nequaquam poterat amoveres. Quem cum flagris, stimulisque urgeret, & ille quasi aeneus staret im-mobilis, tandem aliquando Dux a suis commotus, qui, ut ita dicam, ipsi pecuni similis erat factus, ad orationem descendit; cumque fideliter orasset, quod voluit, ivit. Ad hujus tumulum emergencem vidi mandatum, perjurantem H dinguisse, ut ferretur, crimen confessum, illico absolutum. *Greg. Turon. de glor. Conf. c. 33.*

Cum Philippus Galliae Rex, bello in PETERUM Regem Ara-gonum moto, Gerundam cepisset, ejus milites, qua erant in-gentia, vi templis illata, sancti quoque Narcissi patroni, & tutoris illius urbis sepulchrum diruperunt: fed inde egressa mulcarum inaudita forma, & magnitudine examina, & magna impetu in multitudine involantes sic teruerunt, & acutis, ac venenatis moribus vulnerant, ut intra paucos dies ho-minum plus quadraginta, & equorum plus 24. millia ea pestis absumperit. Quin etiam Petrus ipse Aragonum Rex, in epi-stola ad Sanchium Castellae Regem dera, scribit, equos ad 40. millia perisillos neque multo post Rex ipse Galliae mortuus est Perpiniani. Ex hoc tristi eventu abierunt in proverbium, Mulca S. Narcissi, ut annotat Baron. in martyrolog. 18. Mart. qui etiam Philippo jungit Carolum Siciliae Regem. *Sur. l. 4. c. 69. Bar. in Martyrol. ad 18. Martii.*

Lupum Antistitem apud Tricasinorum Campaniae ur-bem sepulchrum, nulli habetur incognitum, Ad cuius basilicam MAURI

A MAURITIA cum servus negligentia admittit confugit. Fren- dens vero Dominus ejus, de vestigio persecutus, ingressus basilicam, nec oratione profusus, blasphemias in sanctum evome- re cepit ac dicens: Et tu, Lupe, servum meum auferes, & propter te non licebit mihi in eum debita ultionem exercere? & cetera manu servum trahere cepit, dicens: Non mittet hodie hic Lupus manum suam de sepulchro, ut eruat te de manibus meis. Hæc dicens, misero extemplo lingua, quæ in Sanctum blasphemias effudit, divinitus obli- lingua, quæ in Sanctum homo, de bacchari cepit per totam ædem dans mugitum ut pecus, sermonem ut homo non profertur. Cumque hæc suis nuntiata fuissent, apprehensum duxerunt ad domum suam. Uxor vero ejus multa munera in basilicam posuit, sed hic ter- tia die cum gravi cruciatu vitam finivit. Quo defuncto, mul- tier, quæ dederat, recepit: servus tamen permansit ingenuus. *Item ibid. c. 67.*

Hinc affine est, quod sequitur Anno 1414. dum GALLO- RUM Rex bellum gereret adversus Joann. Burgundionum Ducem, & Flandria Comitum, Augustam Sueffionum Duci faventem occupavit, & SS. Martyrum Crispini, & Crispina- ri (quorum corpora ea in urbe sunt in honore) templum vio- lavit. Sed anno circumacto, eo ipso die, qui sanctis Martyribus sacri est, idem Gallorum fortissimus exercitus, ex hominum innumera multitudine, & præcipua regum nobilitate consti- tus vietus, profugatus, atque cæcus fuit ab Anglorum parva manu, quæ nec pacis fœderis, nec inducias à Gallis impetra- re poterat. Creditum autem vulgò est, Deum martyrum precibus impulsam, hæc clade ab eis, qui templum, & sepul- chrum martyrum profanarant, poenas exegisse. *Jacob. Me- jorus Annal. Flam. lib. 15. ann. 1414.*

Ille domus, quæ Sanctum Nicetam Athletam primò accep- tit hospitio, dicitur pollice facta illius domus, & hanc pro- priam gratiam amico Mariano dat ille egregius Nicetas, ho- norans amicitia leges, & hospitalitatis. Quod quidem nulli alii fieri facere, in hoc quoque amico gloriam tribuens. Et- enim Avenentius, qui erat civitatis Mopsinæ Episcopus, cum aggressus esset ejus corporis aliquid dividere, & accipere, nihil quidem accepit eorum, quæ volebat: cum autem non parvus inquit metus, nec ejusmodi, ut non in apertum prodiret, & aut lateret, sed quo ejus quoque anima fuerit valde agitata, & alios docuerit, is, quæ vidit, & terrore, quo affectus est, ut nemo deinceps manum audacem porrigeret, neque ullam partem ejus corporis, cum esset præter ipsius mentiam, avelleret. *Ex Simeone Metaph. Sur. tom. 5. Septemb. 15.*

Cum per merita B. Virginis Oportuna Abbatis innume- rables agroti in Castro Sylvanctensis sub Hugoboldo Comite sanes fierentur, Sylvanctenses omnes locum illum, ubi ejus sacrum corpus asservabatur, venerari cœperunt. Ecce autem Sacros corpus, ALIMAKOS nomine, invidia stimulis percu- tus, dixit hominibus eo adventantibus: Non est hoc in loco ullum sanctæ alicujus virginis corpus, sed merum phantasma est, quod hic colitur. Pervenit hoc ad aures Roberti Deo cha- ri, & religiosi viri, nunc verò etiam Episcopi, atque ad illum, Eja miser, qua fronte tu is hæc ausus es dicere? Certè propedi- c experieris, num revera hoc in loco sanctæ Oportuna corpus habeatur. Eodem die blasphemus ille in cœnaculum ascende- re volens, fractis cervicibus non d. u. post expiravit, jamque ul- timum trahens spiritum, ante aram deprecatus, propter blas- phemiam suam se factus est divina animadversione percussum. *Adel. in Sagien. Episc. apud Sur. tom. 2. April. 22.*

**D * SANCTORUM CORPORA
A CORRUPTIONE SERVATA.**

Vide etiam nonnulla in loco de Reliquiis, & ex professo in loco de Cadavere, Tit. Cadavera, quæ diu incorrupta permanserunt.
Quodam tempore, dum ad occursum B. Nicetii Antistitis usque Lugdunum processisset, libit animo non aliter nisi ora- tionis causa Viennam adire, & præcipue sepulchrum vifitæ Ferreoli Martyris gloriosè infederat enim menti propter an- tiquam dilectionem eorum, ne sic esse ejus alumnus, ut JULIANI. Denique oratione facta, erigo oculorum aciem ad tri- bunal, conspicisque in eo versiculo hoc modo conscriptos, *Heros Christi geminis hæc continet Aila, Julianum capite, corpore Ferreolum.*
Cum hæc legens æditum consulerem, cur hæc scripta sic fue- rint, respondit: Basilica sancti Martyris Ferreoli super ipsum Rhodani litus ab antiquis fuerat collocata; Denique cum

impulsante violentia annis, porticus, quæ ab ea parte erat collocata, corruerit, providus Sacerdos, Mamerco nomi- ne, qui tunc Viennensem regēbat Ecclesiam, ruinam futu- ram præveniens, aliam basilicam elegantis opere, & in ipsa mensura sagaci intentione construxit, illuc sancti Martyris transferre corpus cupiens. Advenit autem ad hoc opus Ab- batum, Monachorum magnus numerus: vigilataque nocte, accepto fareulo, fodere cœperunt. Cumque in profundo de- scenderent, tria sepulchra reperiunt, ac confestim stupor men- tes spectantium invadit. Nec quisquam erat certus, quinam esset B. Martyris tumulus. Igitur cum starent omnes in he- betudine mentis attoniti inspirante (ut credo) divinitate, unus ex circumstantibus exclamat, dicens: Antiquitus referri so- lum erat, & celebri per populos sermone vulgatum, S. Juliani Confessoris caput in sepulchro retineri martyris Ferreoli: Sic oportorio amoto, uniusquisque confideret, & sic potest, quæ sunt membra Ferreoli Martyris, protinus inveniri. Hæc au- diens Sacerdos cunctos jubet in oratione proferri. Quæ im- pleta procedit ad tumulos, detexitque duobus, singulos in his quiescentes invenit viros. Cumque aperuisset & tertium, invenit in eo virum jacentem illato corpore, integro vesti- mento, qui deciso capite, caput amplexus aliud brachio deri- nebat: erat enim, ac si nuper sepultus, neque pallore faciei de- mutatus, neque capillorum decisione tarpatus, neque ulla putredine resolutus: sed ita integer, & illatus, ut quæcun- que adhuc sopore corporeo detineret. Tunc Antistes gaudio ma- gno repletus, ait: Hoc esse cadaver Ferreoli, hoc esse caput Juliani martyris, dubium non habetur, hoc esse caput Juliani martyris, dubium non habetur. Tunc cum magno psalterio, plaudente populo, in loco, ubi nunc est, adoratur, Domino annuente. Hæc autem, ut ad sepulchrum marty- ris ab ipso æditio cognovi, fideliter retulit, *Greg. Turon. de mirac. S. Jul. c. 2. Bar. tom. 6. an. Dom. 475. 21.*

Ann. Dom. 771. qui & numeratur tertius Caroli, & Ca- rolo-manni Regum, inventum est venerandum corpus sanctissimi viri HUBERTI Episcopi Leodiensis translatumque per eundem Regem Carolomannum honorificentissime. Id- que factum ann. 16. ab ejus felicissimo transitu. Rem gestam scribit ejus discipulus, atque familiaris, qui his omnibus po- tuit præfens esse: sed quomodo integrum inventum est cor- pus, ut nuper defuncti referret imaginem, hæc ab eodem au- dore accipit: Introspeiciens gloriosum ejus corpus nulla de- trimenta passum, illatum à dissolutione, atque putredine re- pererunt: & protabo, atque putredine, aromatum more illud fenserunt mirifico odore fervere. Caput ejus perlu- strantibus oculis, vidit quidem vultum ejus (quod dicto quoque mirabile est) sudore persutum, & velut nodis opa- ca roseidulis persutum omnibus coronam verò capillorum alienam prostrus ab gutti lesione, cæsariem quoque auctam & prolixitate, & pulchritudine: neque enim candore fe- nili albebat, sed colore, & visione sui juvenis caput re- tromittebat. *Apud Sur. die 3. Novemb. tom. 6. Baron. tom. 9. an. Dom. 771.*

Ann. Dom. 1321. non absque ingenti apud omnes San- ctitatis opinione, quintodecimo Kalendas Septembris cran- quillè decedens S. RAYNALDUS Ravennæ Archiepiscopus in cœlestem patriam evolavit. Sepultus est in monumento ex marmore, in ade Ursina: quod cum superioribus annis Julius Feltrius ab Ruveris Cardinalis, Ravennatum Archie- piscopus, aperire coram se mandasset, viri sancti cadaver integrum, ac penè recens, promissa barba, statura proce- ta, ingenua forma, & specie ad dignitatem apposita inven- tum est. Ad ejus cadaver, cum adhuc in sepulchrum illa- tum non esset, multa miracula, & infrequentibus etiam dic- tibus, & annis facta sunt. *Hieron. Rub. de gest. Raven. apud Sur. tom. 7. Aug. 18.*

S. CLAUDIUS, Archiepiscopus Bifuntinus postea factus Mo- nachus Ord. S. Benedicti, cum sciret obitus sui tempus immi- nere, tertio die jussit convocari fratres omnes monasterii, ad eosque præfens luculentissimum sermonem monasterii, ad eos exhortationibus instituit, ut nunquam quicquam di- vino amori anteponerent; cuncta mundi hujus oblectamenta præ desiderio, & amore æternorum planè contemnerent, nec quicquam abitione sua doleret: cumque eos cernebat ubertim ab oculis lachrymarum rivulos fundere, motus misericordia, qua multa semper præditus fuit, accepta ab omnibus pace, ad cellulas eos remisit, totamque sequentem noctem præci- bus exegit. Quotid verò die in oratorio veniens sacramen- tum penitentia, & sacrosanctum Christi corpus magno la- chrymarum persufus imbre singulari devotione percipit, atque ad cellam suam inde reductus, corpus suum non alibi, quam in mona-

monasterio ob evitandas mundi pompas sepe sepeliit. Inde **A** quinto die circa horam diei nonam, incumbens in scamnum, in quo selegens, aut orans sedere, vel stare confueverat, erechis sursum brachiis, junctis manibus, oculis in cœlum defixis, san- ctissimum animam reddidit creatori. Ejus corpus usque in præ- sens in illa S. Eugendia Ecclesia cunctis adventantibus incorru- ptum, & integrum monstratur, innumeris miraculis coruscans. *In vita ejus apud Sur. tom. 3. Junii. 6. c. ult.*
De corporibus plurimum Sanctorum post plura secula in- regis inventis; *quæ Titul. allegatum in loco de Cadavere.*

*** ODORUM SUAVITATE, FRA-
GRANTIA.**

Translato sacri corporis SIGEBERTI Regis Francorum sar- cophago, à dextris aræ beati Martini reverenter reposito, quidam religiosi, & divo amore ferventes fratres, quia fiducia animati sacrum aperire sarcophagum, viderentque sanctum illud corpus, non tanquam mortui, sed ut domientis homi- nis planè integrum, & omnis maculæ expert. Tum verò illi in Dei præsentis prorupere laudes, admirandique ad sua re- verenti sunt. Rursus anno Dominicæ Incarnationis millesimo B centesimo septuagesimo collecti sunt Abbates, itemque cle- rici, cum multa populi frequentia, idque in ade illa, qua con- ditum erat beati Regis corpus: Postquam ad Deum preces fuisse sunt, lapis à sepulchro amotus est, & corpus sanctissi- mum ita rursus integrum inventum est, ac si dormiens ille jaceret. Jam aures quingentes, & septuaginta duos prope- modum annos jacerat in sepulchro. *Sigeb. Monach. in vita ejus apud Sur. tom. 7. Febr. 1.*

Ann. Dom. 760. & Constantini Copronymi Imperatoris vigesimo, translatus est caput S. JOHANNIS prætoris Ba- pitus à monasterio Spelei in templum suum Emense in Sy- riam, quod esse illustre, & descensum nempe Confessio: edificatus est; ibi usque hodie à fidelibus honoratum, & adoratum, omni suavitate, corporali felicitate, & spirituali, honoratur odore, & emanans effundit omnibus sanitatem, qui fide flagrantem accurrunt. *Ex Theophan. Baron. tom. 9. Annal. ad an. 761.*

Ann. Dom. 886. Stephanus Papa sextus, qui tum Romanor- um gubernabat Ecclesiam, quoddam constituit, qui Sancto- rum tubam scribendo patefaceret posteris; & alios vro- ro, qui quæsitos, & inventos fidelium venerationi proderent. Invenio igitur sacratissimo thesauro nullis copiis coquando, ipse prior accinctus cryptam ingreditur, & stipatus diversis venerabilis sacerdotii gradibus, ac cætu populi Orthodoxæ fidei. Deo dignas laudes cum exultatione referens, interi- ruinas, & lapidum congeries propriis cepit manibus omni- mundo venerabilis margaritis legere de Sanctorum corpori- bus; nec cessavit suo sancto studio, donec omnia fragmina artuum à ruina segregaret congerie. Collectis itaque artibus, per dies aliquot, propter maximam ruine montium conge- riam, tanti odoris nectar inerat in loco, ut omnes reficeret, qui aderant. Quamobrem flores magis, ac magis labori operam dare exardebant lassitudinis, & corporali alimeti immemores. *Baron. 10. Annal. Eccl. an. Dom. 886. ex Sur. 17. Januar.*

Cum aliquando Ludovicus Imperator venandi gratia de pa- latio fuisset egressus, Hilduinus, secundum quod cum Hin- gardo congenerat, sacras reliquias sancti Marcellini ex basi- lica in oratorium intulit. In illa verò processione, quam de basilica usque ad Oratorium suum fecerunt, quid miraculi ac- ciderit, censeo non esse tacendum. Egredientibus enim in de D Ecclesia, laudemque Domino Deo excelsæ voce canenti- bus, tanta vis suavisque odoris eam partem vici Aquensis, quæ ab Ecclesia ad Occidentem respicit, totam implevit, ut illa fragrantia pene omnes ejusdem partis habitatores, itaque universi, qui pro quibuslibet causis, atque negotiis, eadem in parte fuerant constituti, ita divinitus commoverentur, ut missis, quæ in manibus habebantur operibus, cuncti cursu rapidissimo, primò ad Ecclesiam, deinde quædam per vestigium ad Oratorium nostrum, in quod illas reliquias illatas esse au- dierunt, summopere festinaerent. Fie inmodicus intra septa nostra exultant, simul atque admirantis populi concursus, & cum magna pars eorum, qui confluerunt, id, quod age- batur, quod esset, ignoraret, gaudio tamen, & exultatione re- pleti, Dei omnipotentis misericordiam collaudabant. *Baron. tom. 9. Anno Dom. 827.*
Cum transferretur venerandum S. SEVERINI corpus, Lu- cillus presbyter, dum univèr per Comitum Pietrum com-
L. B. Theatr. vitæ Univ. Tom. VII.

pellentur exire, præmissa cum monachi vespere psalmodia, sepultura locum imperat aperiri. Quo patefacto, tanta sua- vitatis fragrantia omnes circumstantes accepit, ut præ nimio gaudio, atque admiratione prosterentur in terram. Deinde humaniter estimantes ossa funeris invenire distincta (nam an- nus sextus depositionis ejus effluerat) integram corporis cor- pagem reperiunt: ob quod miraculum immensas gratias re- tulerunt omnium conditori, quia cadaver sancti, in quo mela- roma fuerat, nulla manus accesserat conditoris, cum barba pariter, & capillis usque ad illud tempus mansisset ille- sum. *Ex Eugippio in reb. gest. S. Severini. Baron. tom. 6. an. Domini 488. 10.*

LEONTII Episcopi, qui Concilio Nicæno interfuit, cor- pus post annos plurimos integrum est reperitum, ac suavissi- me olens: quod omnibus admirationi fuit; non enim, vel aromatibus conditum, vel ita compositum fuerat industria humana, ut jucundè spirare posset, ac non ferere, ut om- nium mortuorum corporibus accidere solet. *Th. Bozjus de sign. eccl. lib. 15. c. 8.*

Cum Dei GENITRIX obiisset, & ipsius corpus inclusum se- pulchro fuisset, advenit post tertium diem sanctus Thomas Apostolus, qui, ceteris ad funus à longinquo vi divina delatus, solus abfuisse creditur: quocirca magnopere efflagitavit, se- pulchrum resignari, ostendique sibi sanctissimæ Virginis corpus: Annuerunt omnes ejus postulatis, sed ablato sigillo, monu- mentoque aperto, corpus nullo modo inventum; tantum fasci- cæ, quibus illud involutum fuerat, reperit, & quibus ignota maximi odoris suavitas prodit, & cunctos adstantes mirifice perfudit. Scriptum reliquit hoc post alios Juvenalis Hierolo- lymorum Patriarcha, in epistola ad Pulcheriam Augustam. *Ex Juvenale Hierof. Patriar. in epist. ad Pulcheriam August. Th. Bozjus de sign. eccl. lib. 25. c. 8. tom. 2.*

Tertio ab obitu sanctæ Heduvigis Ducis Poloniæ die, priusquam sepultura mandaretur sanctum ejus corpus, Ab- batissa Gertrudis dicit Venelesana Sorori, ut auferret ab ejus capite velamen, & alius reponeret. Hoc enim fuerat beatæ Elizabeth, ejus matertera sanctæ Heduvigis, quoad vixit, illud multa reverentia profusa erat, & pro ejus amo- re diligenter conservata. Volebat ea causa Abbatissa illud sibi retinere. Accedens igitur Venelesana Priorissa ad fe- returum, detecta facie sanctæ Heduvigis, videt eam aperto ore jacentem, & ab ore sentit profusè odorem suavisimum, corpus quoque majori candore insutum, ut dos claritatis, & sola gloriæ in ea jam tunc quodammodo reluere videretur. In translatione autem sacri corporis ejus, quæ anno millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, decimo sexto Calendæ Sep- tembris contigit, hoc admiratione dignum accidit. Eo si- quidem die quo apertum est ejus sepulchrum, odor mirificus omnium nates complevit, animoque stupore, & gaudio af- fecit. Ossa autem sacri corporis cum elevarentur, consum- ptis carnibus, & membrorum compage soluta, tres digiti si- nistra manus ejus inventi sunt proflus integri, & incorrupti, & intra illos exigua imago beatissimæ Matris Dei, quam illa vivens crebrò apud se ferre solebat, & cum ea tumulata fue- rat, quod moriens adeo eam digitis strinxerat, ut commodè inde avelli non posset. Cerebrum quoque capitis ejus, quod fere viginti quinque annis humatum fuerat, inventum est re- centissimum, & divina virtute mirabiliter conservatum. Li- quor etiam purus, & clarus, instar olei olivarum suavis- simi, mirandique odoris, & capite erumpēbat, sindones, & pannos, quibus illud involvebatur, madefactis, perinde ac si è flumine extracti essent. *In vita ejus apud Sur. cap. 8. Ob. 15.*

*** LIQUORE VARIO, ET EFFICACI H
REDUNDANTIA.**

Cum sanctus PAULUS Apostolus ad locum passionis per- geret, comitantibus populorum turbis innumeris, & venisset ad portam Urbis, habit obviàm nobilissimam matronam, nomine Plautillam. Quam cum stentem intuitus esset, ab ea velum petiit, quo ferendus gladio ex more obduceret oculos. Ad quod illa libenter annuens, liberaliter tradidit, illud ipsum, ut erat pollicitus, postea receptura. Cum igitur ictu carnificis Paulus capite truncaretur, non tam sanguinis fluentis & scissis venis, quam lactis (res planè miranda) largiter fluxerunt. Res quidem adeo insignis, non tantum ex Actis Apostolorum, sed & aliis compluribus habetur testimoniis confirmata. Nam & san- ctus Ambrosius de re tam celebri, & clara, nec dubitatione aliqua obsecrata, his verbis meminit: De Pauli vero cervice, cum eam persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis

magis unda quam sanguinis, & mirum in modum sanctum
A Apostolum baptismi gratia in ipsa cade extitisse splendidum
 potius quam cruentum. Quae quidem res in sancto Paulo
 stupenda non est. Quid enim mirum, si abundat lacte nu-
 tritor Ecclesiae, sicut ipse ad *Corinthios* ait: Lac vobis po-
 tum dedi, non escam. Hae est planè promissionis illa terra,
 quam Deus patribus nostris promisit, dicendo: Dabo vobis
 terram fluentem lacte, & mel. Non enim de hac terra locu-
 tus est, quae dimanantibus aquis cenam involvit, lutumque
 permiscet, sed de illa tum Pauli, tum similibus Pauli, quae
 jugiter purum suaveque distillat. Quae enim Pauli epistola
 non melle dulcior, & lacte candidior; quae epistola tanquam
 ubera Ecclesiarum populos enutriunt ad salutem. De cervi-
 ce ergo Apostoli pro sanguine lac manavit. Porro & locus ip-
 se de aliis quoque nos admonet: quae est minime scriptis con-
 signata habentur, fidei tamen majorum traditione testa-
 ta redduntur. Tres enim ibi scaturit fonticuli dulcis aquae,
 qui tunc primùm erupisse dicuntur, cum Pauli caput exci-
 tum tribus se saltibus vi quadam spiritus divinitus agitavit:
 quorum primus dulcor lactis saporem aliqua ex parte reddat:
 ceteri quamvis haud longè à primo distent, paulò diversum
 gustui saporem asserant. Cujus rei ratio solet asserri, quòd
 ipso primo fluxu lac venae decurrunt, ac deinde sanguinem.
B Qui quidem locus planè celeberrimus, Trium fontium di-
 ctus, frequenter Christianorum visitatur concurtu. *Ex Mar-
 tyrol. Rom. 9. Julii. Beda. Uuard. & D. Ambrosii. serm. 89. Bar.
 1. an. Dom. 69. 12. 13.*

Audi aliud, quod in Neapolitana urbe cunctis est vulgati-
 simum. In ade sancti Gregorii custoditur ampulla, in qua est
 sanguis sancti JOANNIS BAPTISTAE, qui lapidis instar durissimus
 est concretus; sed in die, quo festum praecursoris celebra-
 tur; poni solet hujusmodi ampulla super altare, & dum sa-
 crata officia celebrantur, illa ipsa hora, qua caput est ampu-
 tatum Joanni Baptistae, sanguis ille colliguescit, antea durissi-
 mus, agitatur, effervescit, cunctis, qui eo conflant, inspi-
 cientibus, & rem tantam demitantibus. *Thom. Bozjus de
 sign. Eccl. Dei. tom. 2. lib. 15. c. 10.*

Sed audiamus adhuc illud, quod etiam ipsi Neapolitanis
 est notissimum. Dum Vandali in Africa adversus Catholi-
 cos saeviret, Gaudiosus Episcopus illinc profugiens Nea-
 polis Campaniae urbem pervenit, ampullam sanguinis sancti
 STEPHANI secum detulit, eò fuerat asportata ab Oro-
 sio Hispano: quod etiam colligitur è literis Luciani presbiteri
 Hierosolymitani: aservatur adhuc illa in aede sancti Gaudi-
 osii, & quoties super altare ponitur, dum Missa dicitur,
 sanguis ille concretus, nullo modo in pulverem redactus
 post tanta temporis spatia, liquefit cunctis aspicientibus, at-
 que agitur; mox consistit, peracta Missa, & concre-
 scit quasi in lapidem quandam. Hujus rei nulla potest
 alia causa asserri, nisi quòd is, dum sacra mysteria illius,
 quem tantopere amavit, Christi peraguntur, memoria re-
 novatur actionis illius, qui vitam posuit pro Christo, quo-
 dammodo reviviscit, & ad illius praesentiam commove-
 tur. Ubi sunt igitur, qui negant audiri preces nostras à San-
 ctis? quando & sanguis ipse exanimis quodammodo videtur
 audire: Hae notissima, & vulgatissima cunctis Neapolita-
 nis, & innumeris aliis, qui propriis hae oculis conspexerunt:
 neque nos sumus adeo recordes, qui hae affirmare audeamus,
 cum facillimè mendaciam aperitissimam tot hominibus coargui
 possemus. Sed illud plane admiratione dignissimum est, quòd
 cum olim annis singulis tertia Augusti id fieri consueverit,
 ipso etiam anno, quo auctoritate sancti memorie Gregorii
 Pape XII. restitutum est Romanum Calendarium, ad for-
 mam reductionis anni, non ut olim decem post dies, sed ea-
 dem ipsa festi die sanguis visus est ebullisse siquae annis se-
 quentibus. Idemque accidit de sanguine S. Joannis Bapti-
 stae. Est ejus rei, inquit, Baronius fidelissimus, ac sincerissi-
 mus testis inter alios R.P.D. Franciscus Maria Tarusinus no-
 stre Congregationis Oratoris Neapoli existens praefectus, ut
 ex his aliisque compluribus planè constat, divinis suffragi-
 is: quae in sancta Catholica Ecclesia, ab ipso Rom.
 Pontifice sunt constituta, probari, atque firmari. *Thom.
 Bozjus de sign. Eccl. Dei. lib. 15. cap. 10. 10. 2. & Baron. in Mar-
 tyrolog. 3. die Augusti.*

Mirandi sanguinis mentio, quae superius est facta impellit,
 ne sanguinem praetereamus, JANUARIi martyris, qui Bene-
 ventanus Episcopus fuit, Neapoli pro Christi fide capite
 multatus. Diversis igitur templis condita, caput, sanguis
 que ejus ampulla conclusus, quo die per urbem solemniter
 feruntur, sanguis, qui in pilam induruit, cum in caput in-
 cidit, mirum dictu, sed tamen verum, liquefit totum in
 ampulla, non aliter, quam tum, cum primùm caeso capite
 ex martyris corpore defluxit. Cum autem à capite distinguitur,
 in sphaericam formam, ut ante erat, durefcit. Id est si quis pa-
 teret, nos tamen, ut certius rem intelligamus eorum, qui in
 re praesenti fuerunt, intensissime oculis diligentes se specta-
 tores praebuerunt, testimonium habere volumus. *Baptista Fal-
 gos. lib. 1. c. 6. Thom. Bozjus lib. 15. de sign. Eccl. cap. 10. Breviar.
 29. Septemb.*

Procopius refert. JUSTINIANUM morbo quodam incurabili
 tentatum, cum desperaret omne medicorum consilium, pe-
 tisse ad se adferri quasdam reliquias tunc fortè inventas,
 genuque, ubi maximus dolor erat, imponi: quod cum
 factum fuisset, non modo dolor adcescit, sed ex his
 oleum subito manavit, non modo odor adcescit, sed ex his
 pedesque, & vestis Imperatoris purpurea, tota sunt perfusa.
*Ex Procop. lib. 9. orat. 1. de edif. Ios. Thom. Boz. de sign. Eccl.
 Dei. tom. 2. lib. 15. c. 10.*

Corpus sancti NICOLAI Mirensis Baris nunc habetur, ex
 illo feccare liquorem, qui adversus innumeros morbos profi-
 tum sciunt innumeri, tum testatur Emmanuel Imperator no-
 vella de feris, ubi & meminit similitè aquae illius, quae de-
 fluxit ex corpore S. Andreae, quod Almasi adferunt: quam-
 vis hoc miraculum dicatur aliquando in corpore S. Andreae in-
 terrumpi. *Idem ibid.*

An. Dom. 594. Pelagius Papa, praedecessor meus, ad cor-
 pus sancti Laurentii Martyris meliorare desiderans, dum neci-
 retur ubi venerabile corpus esset collocatum, & effoderetur
 exquirendo, subito sepulchrum ipsum ignotanter aperitum
 est, qui praesentes erant atque laborant monachi, & man-
 sionarii, quia corpus ejusdem martyris viderunt, quòd qui-
 dem minime tangere praesumpserunt: omnes intra decem dies
 defuncti sunt, ita ut nullus vitae superesset, qui sanctum ju-
 sti corpus illius viderat. Conspicuit autem tranquillissima
 Domina, quia Romanis confuetudo non est, quando San-
 ctorum reliquias dant, ut quicumque tangere praesumant
 de corpore: sed tantummodo in pixide brandeum mittitur, at-
 que ad sacra officia corpora Sanctorum ponitur: quod levari
 in Ecclesia, quae est dicenda, debita cum veneratione
 reconditur, & tunc per hoc ibidem virtutes suos, ac
 si illuc specialiter eorum corpora deferantur. Unde contigit,
 ut beatae recordationis Leonis Papae temporibus, sicut à ma-
 joribus traditur, dum quidam Graeci de talibus reliquiis du-
 bitarent, praedictus Pontifex hoc ipsum brandeum, allatis
 forficibus, incidit, & ex ipsa incisione sanguis effluxe-
 rit. *Greg. Mag. lib. 3. epist. 30. indic. 12. apud Baron. tom. 8. an.
 Dom. 594.*

Eugubii ego vidi corpus integrum atque incorruptum Janu-
 arii virginis, quae ante annos trecentos evolvavit in caelum.
 Est illud in monasterio sancti Spiritus, indoluit esse ad
 carnem lanea veste, quae passim sanguineis quibusdam mac u-
 lis est adpersa. Hanc ablunt virgines, quibus id est curae:
 & aqua hujusmodi mirifice valet adversus omne morborum
 genus. *Idem ibid.*

Refert Metaphrastes in vita sancti Simeonis hospitem su-
 ceptoris, quod quidam sacerdotis famulus, nomine Ephedis,
 cum hydrope laboraret, & in sacra dicti S. SIMEONIS aede ef-
 fet repositus, omnia quidem repulit, quae à medicis prius cran-
 ad medelam adhibita, ut à quibus omnibus nihil opis sensisset.
 Deinde cum aegre ferret, quod tandiù illic decumberet, sa-
 cra illa aede relicta abiit in domini domunculam. Non cessat
 autem dominus eum monere, & hortari, ut revertatur, & in
 sancti domo adhuc maneat. Cum vero non persuaderet, (à
 verbis enim abstinerebat asperioribus propter morbis gravita-
 tem) At oratorium, inquit, saltem ingredi, adoraturus ip-
 sam Sancti imaginem. Deinde cum oleum accepisset, & te-
 ueris in tuo lecto recumbere. Ille autem fecit, quòd iustus fue-
 rat. Postquam vero fuit dies, jubebatur quidem à domino
 adhuc facere similia. Ille autem: Sed ego, inquit, convulsi, &
 sancti virtute tum puram affectum sanataem. Hae enim no-
 ste mihi appares in somniis Sanctus & meum ventrem teti-
 git, & dixit mihi: Abi, cum sis sanus, nihil enim malite ve-
 xat amplius. Fluit autem oleum illud à sepulchro non ita fere-
 verit, sed paucis quidem diebus ante festum miraculi, veluti
 quidam humor apparet, deinde paulatim augetur, & remanet
 post festum sic scaturiens, donec aliquot dies praeterierit: inde
 cessat. Sicut ut opinor, est in majori honore, & admira-
 tione, quam si perpetuo fluere. Nam sic conservare certum
 & nunquam aberrans tempus fluxus, & defectus, praeter id
 quòd est gratius, & admirabilius, est etiam magis venerabile.
 Quod

Quod enim est perpetuum, adest fortasse etiam satietatem.
A Satietas autem inducit contempionem, *Ex Simeone Metaph.
 Sur. 10. 3. Junii 27. in vita ejus, cap. 23.*

Placet hic adscribere, quae de sanctissimo EUPHEMIAE cor-
 pore post Evagrium prodidit memorie Nicephorus Callistus.
 Intumuli, inquit, ille, laevo latere fenestella quadam admi-
 randa est, opereculo quam maxime obscurata, per quòd ser-
 randum longiusculum, cui in extrema parte spongia alli-
 gata est, immittebant, spongiamque ipsam in sacro sanctis
 martyris reliquiis obvolutam, & guttis cruore illius debitis
 referant extraherant. Hanc ubi plebs conspexisset, homines
 statim in terram inclinati vociferatione maxima Deum hono-
 rant, miraculoque illo obstupescit manus sustollabant.
 Tantus autem inde profusus ubertim humor, ut non solum
 Imperator, & Episcopus, populisque, qui ibi congregari so-
 litus fuit, affatim eo perfunderentur, verum etiam quocumque
 quisvis vellet locorum de eo aliquid secum deferret. Neque
 guttae tempore ullo defecerunt, neque divinus ille sanguis ali-
 qua ex parte mutatus est: sed hic semper colorem suum maxi-
 me rubrum conservavit. Facta haec non certo aliquo tempo-
 ris curricula, sed pro eo, atque Episcopi ipsius vita, morum-
 que sanctitas ferret. Sic enim fertur, cum is, qui Ecclesiam
 gubernaret, praclare viveret, & virtute exornatus esset, fre-
 quenter miraculum hoc exhiberit esse, cum verò Antistes
 factorum talis non esset, raris eam rem tam admirandam,
 nec tam facile à martyre processisse. Hoc si factum esse novi.
 Ceterum quòd neque dies, neque ullum tempus intercipit;
 sed perpetuo omnibus credentibus sumit, & non credentibus
 affluit, & accidit, id nunc dicam. Si quis in sacrum id
 ubi tumulus, & sanctae martyris reliquiae, perinde atque the-
 saurus, nunc reposita sunt, veniat odor immensus, & ym-
 naturae, odoreque omnes, & subis humana conficit, spirans;
 ad eum perfertur, & quòd Antistes Nicephorus: Ex quo Euphe-
 mia in martyrum studio decurrit, & corpus ejus in monumen-
 to conditum est, ipso passiois ejus die, in conspectu omnium
 loci Episcopus, spongiis quibusdam è defunctae corpore san-
 guinis liquorem haurit: sanguinem sanè veluti à corpore re-
 cens caelo vulnerum tabo mixtum, & unguentis quibusdam
 sponte nato temperatum cernans, quam exiguis vitreis vascu-
 lis exceptum, atque divitum turbae advenient donat. Hoc igitur
 auditum, sicuti dixi, animi quadam vecordia in dubium
 vocans Mauritius, cum tempus adveniret, argenteum orna-
 mentum à sepulchro detrahit, & Imperatoris signo monumentum
 martyris obsignat. Sic enim hoc incredulitatis volebat auda-
 cia. Postquam vero tempus ipsum, quod debebat, adfuit,
 curiosè mysterium indagat, accuratiusque experimento solito
 miraculum explorat. Ecce tibi verò rursus, sicuti antea,
 sanguis unguento conditus, instat rivuli è monumento pro-
 manat, & spongiae sanguine suaveolenti pinguefcunt, & marty-
 r ipse tum, ut proluxus sanguinis fons proflueret, fecit.
*Evagrius lib. 2. cap. 3. Niceph. Callist. lib. 15. cap. 3. Baron. 10. 6.
 Ann. Eccl. an. Dom. 451.*

Cum Episcopus Perinthiense argentum vas emisset,
 quod ad magicas artes fuerat adhibitum, & sancto corpori
 GYNERIAE martyris suppositum, continuo fletit unguen-
 tum. Re nova percussus Antistes ad preces confugit, divino
 quae impulsus spiritu, novum vas amovit, & antiquum repo-
 suit, & protinus unguentum sicuti prius factum excepit. Quo-
 cuncta rem diligenter inquirens, comperit vas illud nefandis
 rebus versisse. Quod simulatque ad Imperatoris aures perve-
 nit, habita gratatione, tanti criminis reum, ut parerat, sup-
 plicio afflicti iudic. *De Nicephoro Callist. lib. 18. cap. 32. Bozjus
 lib. 15. de sign. cap. 10.*

D * PLERAEQUE IN PARTES SECTA
 REDINTEGRATA.
 Eorumque Functiones admirandae.
 Nuper quoque Floridus, venerabilis vir vitae, Episcopus,
 narravit, quoddam memorabile valde miraculum, dicens:
 Vir sanctissimus HERCULANUS, nutritor meus, Perusina ci-
 viciatis Episcopus fuit, ex conversatione monasterii ad sa-
 cerdotalis ordinis gratiam deductus. Totius autem perfridi
 Regis temporibus, eandem urbem annis septem continuis
 Gothorum exercitus obsedit, ex qua multi civium fugerunt,
 qui famis periculum ferre non poterant. Anno vero septimo
 nondum finito, obsessam urbem Gothorum exercitus intra-
 vit. Tunc Comes, qui eadem exercitui praerat, ad Regem To-
 tilam nuntios misit, exquirens quid de Episcopo, vel populo
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

fieri juberet. Cui ille praecipit, dicens: Episcopo prius à capiti-
 vertice usque ad calcaneum corrigiam tolle, & tunc caput
 ejus amputa, omnem verò populum, qui illic inventus est, gla-
 dio extingue. Tunc idem Comes venerabilem virum Hercula-
 num Episcopum super urbis murum deductum, capite trun-
 cavit, eiusque cutem jam mortui à vertice usque ad calcaneum
 incidit, ut ex ejus corpore corrigia sublati videretur: moxque
 corpus illius extra murum projecit. Tunc quidam humanitatis
 pietate compulsi, abscissum caput cervici apponentes, cum
 uno parvulo infante, qui illic extinctus inventus est, iuxta ni-
 mirum corpus Episcopi sepulture tradiderunt. Cumque post
 eandem eadem die quadagesimo Rex Totila jusserit, ut eives
 urbis illius, qui quolibet dispersi essent, ad eam sine trepidatio-
 ne aliqua remearent, hi, qui prius fame fugerant, vivendi licen-
 tia accepta reversi sunt. Sed ejus vitae eorum Episcopus fue-
 rat, memores, ubi sepulchrum esset corpus illius, quaesierunt, ut
 hoc iuxta honorem debitum in Ecclesia B. Petri Apostoli hu-
 marent. Cumque itum esset ad sepulchrum effossa terra, in-
 venerunt corpus pueri pariter humati, utpote jam die quadra-
 gesimo tabe corruptum, & veribus plenum, corpus verò
 Episcopi ac si die eodem esset sepulchrum. Et quod est adhuc ma-
 gna admiratione venerandum, quia ita caput ejus unitum fue-
 rat corpori, ac si nequaquam fuisset abscissum, sic videlicet, ut
 nulla vestigia sectionis apparerent: Cumque hoc & in tertia
 veteret, exquirentes, si quòd signum, vel de alia monstrari
 incisione potuisset, ita sanam, atque intemeratam omne corpus
 inventum est, ac si nulla hoc incisione ferri tetigisset. *Greg. Mag.
 Dialog. lib. 3. cap. 13.*

Idem profus accidit in EDMUNDI Anglorum Regis cor-
 pore scribit Abbo Floriacensis Abbas. Nam cum, ait, pretio-
 sum corpus martyris putrefactum pareretur ob diuturnum
 spatium transacti temporis, ita sanum, & incoluine est re-
 peritum, ut nondicam caput redintegratum, & compaginatam
 corpori, sed omnino in eo nihil vulneris, nihil cicatricis appa-
 ruisset: sicque cum reverentia nominandus Rex, & martyr Ed-
 mundus, integer, & viventi simillimus, ad praedictum locum
 est translatus, ubi adhuc in eadem forma expectat beatae retur-
 rectionis praemia repromissa. Tantum in ejus collo, ob signum
 Martyrii, lubet una tenuissima riga in modum fili cocineae;
 sicut testari erat solita quadam beatae recordationis femi-
 na Osufum vocabulo dicta: quae paulo ante, haec moderna
 tempora, apud ejus sacrosanctum tumulum juvenis, & ora-
 tionibus vacans multa transegit annorum curricula. Cui ve-
 nerabili feminae, aut divina relatione, aut nimia devotio-
 nis mos inolevit, ut patrefacto beati Martyris sepulchro, quocumque
 in Dominica coena, ejus attendendo praediceret capillos, & G
 unguis. Quae omnia diligenter colligens, & in capella recon-
 dens, non neglexit quandiu vixit, excolere mira affectione po-
 sita super altare ejusdem Ecclesiae, ubi adhuc reverentur debita
 veneratione. *Abb. Floriac. Abb. in vita ejus, apud Sur. c. 14.
 No. 20. & Th. Boz. ut sup.*

Eidem Regi EDMUNDO, cum caput esset amputatum, &
 ab impiis diaboli ministris in loco sentibus horrido occultatum
 fuisset, neque diu conquisitum inveniretur, tandem longi-
 que remotum à corpore suo reperitum, edidit vocem, signifi-
 cans inquirentibus quomodo loco esset. Cui miraculo serum
 conditor aliud annexit, dum celestis thesauro insolitum cus-
 todem dedit. Quippe immanis lupus eo loci divina miseratione
 est reperitus, qui illud sacrum caput inter brachia complexus,
 procumbere humi, excubias impendens martyri. Nec
 sibi depositum permittit ledere quempiam bestiarum, quod in-
 violabile, solo tenus prostratus, oblita voracitate, servabat
 attentius. *Idem ibid. c. 12.*

De DIONYSIO Aroepagita est memoriae proditum, abscissum
 sum caput, tanquam aliquod premium suis accepisse mani-
 bus à divina omnino portatus gratia: neque prius dimisit,
 quam mulieri divina quadam profus occurrentis providentia,
 in illius manibus deposuit, veluti tuendum thesaurum. Jace-
 bant autem neglecta sanctorum martyrum veneranda corpora,
 feris, & avibus ad edendum exposita, & nec iusta quidem
 sepulture consecuta. *Ex Metaph. Hilduino Abbate Sarius
 tom. 5. Olib. 9. c. 32.*
 Neque id singulare in Dionysio Aroepagita: Nam cum caput
 obrunctatum fuisset Urso, ac VICTORI, cum foecis sexaginta
 sex, qui erant à legione Theoborum, Diocletiano, & Maximia-
 no imperantibus, & è ponte una cum capibus in praecipis dam-
 ti fuissent in flumen, divina misericordia (apud quam omnia
 sunt possibilia) suam mansuetudinis potentiam in eis demonstra-
 vit. Non longè namque à dicto ponte capita sua in manibus por-
 tantes, flumen egressi sunt, & ad locum, ubi nunc in honorem
 ipso-

iporum basilica fabricata est, pervenerunt. Mirabilia hæc, & A mirabilibus mirabiliora succedunt: sancti enim martyres genu ad terram flectentes, quasi unius horæ spatio, priusquam corpora sua ad terram deponerent, cunctis cementibus orabant. Orationi vero sine dato corpora sua ad terram dimiserunt, ac si dicerent: Hæc requies nostra in sæculum sæculi. In vita eorum apud Sur. 10. 5. Sept. 30. Th. Box. de sign. Eccl. Dei, lib. 15. cap. 6.

Anno Dom. 306. tempore persecutionis Daciani Hispaniæ Præsidis, cum LAMBERTUS nollet abnegare fidem Christi, ab hero suo, cui in agricultura serviebat officio, capite truncatus, mox capite in manus resumpto (mira res, sed vera) ultra quatuor passuum millia profectus est, ad locum, ubi multi jacebant martyres occisi. Quo cum pervenisset, clara voce dixit: Exultabunt Sancti in gloria. Responderunt sancti martyres: Et labantur in cubilibus suis, atque acclinavit se illis. Hæc Chron. Joan. Valesii sub an. Dom. 306. Lucius Marin. Sicul. de reb. Hisp. l. 5. Referri hoc possent nonnulla ex loco de Cadaveve, ubi inter exempla Ethnicorum pleraque recensentur etiam Sanctiorum, præsertim Tit. de Cadaveveribus conservatis, collectis, &c. Item ex loco de Sepultura, Mortuis, &c.

Sanguis.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SANGUIS Græcè αίμα, Hebraicè דם, est humor calidus existens utrumque alimentum in sanguine prædictis animantibus, qui tamen neque pars est animalis, neque vivit, aut movetur per se, cum sensu careat ordinatur tamen ad illius nutritionem, estque calidus per se, ruber, & dulcis. Variè usurpatur apud Grammaticos, nunc pro vigore, nunc pro fœmate, nunc pro substantia, de quibus videatur Thesaurus linguæ Latinæ. Distinguunt Medicis sanguinem à cruore, quod hunc vocent, qui extra venas sit: illum vero qui intra illas.

PARTITIO.

Sanguis naturalis alius est, alius innaturalis. Naturalis in homine bonæ complexionis, sanguis est rubens, sapor valde dulcis boni odoris, & humidus existens: & ille varius est ratione atatum, & locorum: cuiusque Cholericus rubrum, incensum, inflammatum, siccum, & odoris & saporis acuti est, spumofum, gracilis spumæ sanguinem habent: Phlegmatici pallidum, aqueum, inspidum: Melancholici nigrum, ipsium, & terrefactum. Albert. Magn. de anim. l. 3. c. 2. c. 2.

C Sanguis innaturalis est, qui à naturali dispositione est mutatus, tam in colore, quam in sapore, & odore: & hoc duobus contingit modis, ex seipso solo, & ex alio removente, cum propter missionem à dispositione naturali. Ex se, cum aliqua qualitate activa, vel passiva impeditur à dispositione naturali: ex alio humore dupliciter removetur sanguis à naturali dispositione, quia humor alius vel à sanguine generatur, vel ab alio. Unde in ipsum sanguinem intrat, & utrumque, vel ad phlegma, vel ad cholera, vel ad melancholiam inclinare incipit: si ad phlegma, fit aquosus: si ad cholera, fit aliquantum turbidus: si ad melancholiam, factidus. Alb. Mag. de anim. lib. 3. c. 2. c. 3.

Item Sanguis distinguitur in venalem, & arterialem: dicitur ille, qui per venas fluit: hic autem qui salit in arteriis, cuius causa est cor: cum alius ab hepate gignatur.

Alii dividunt sanguinem in nutritionalem, qui perfectam concoctionem est affecutus: & non nutritionalem, qui imperfectè decoctus est: verum cum omnis sanguis ordinetur ad nutritionem, non est afferenda præsens divisio.

SANGUIS ALIMENTUM.

Vide in loco de Alimento Alimentorum usus.

VETITUS;

Post Diluvium, cum Deus hominibus alimenta designaret humanæ complexionis convenientia, dicit inter alia: Carnem cum sanguine non comedatis, Genes. c. 9. quibus verbis præcipitur comedi caro absque sanguine. Immo & sanguis qualisque vetatur sumi in cibum, quod præceptum est positivum, non naturale. Ratio præcepti erat, ne homines affuescendo sanguini bestiarum, tandem nec humano parcerent. Ita Chrysostomus, & Rupertus, qui addit, sanguinem bestiarum esse gravem, terrefactum, melancholicum, multarumque agritudinum causam. Experiencia autem constat, Laniones, & qui pecoribus occidendis occupantur, facile ad humanum sanguinem fundendum incitari, idque ex consuetudine sanguinis, quem sapius effundunt.

Idem præceptum Apostoli in primitiva Ecclesia in Hierosolymis renovatum, Act. 15. ubi præceperunt abstinere à sus-

locato, id est, mortuo animali, è quo sanguis non exprimitur: & sanguine; eadem erat ratio, tunc, quæ prius. Cui addit aliam S. August. 9. 57. in Levit. quoniam præfigurabatur omne pretium nostrum esse in Christi sanguine, ideoque bestialem sumi à Christiano non oportere.

Aliam superioris præcepti rationem nonnullis adferunt, quod cum sanguis sit velut vehiculum anime, & spiritus vitalis, Deoque sit velut vita animalium, voluit cum Deus sibi solitariquam vitæ auctori offerri in sacrificio, pro vita peccatoris; ut patet ex Levit. 17. vers. 11. Ita S. Chrysostomus, & D. Thomas.

Duravit autem hoc præceptum Apostolicum non tantum usque ad tempora Tertulliani, & Minuti, ut ipse fatetur in Octavio, sed etiam Bedæ, & Rabani, ut constat ex ipsius Penitentiali. Nunc autem exolevit, licetque non modo sanguinem comedere in facriminiis, & aliis hujusmodi, sed etiam bibere. Viliama. S. Pate ex loco de Ethnicorum Religione confiderata respectu Formæ, ubi de viduis.

Vomitus. Vide Passiones corporis. Tit. Vomitus. Item Locum de Morte, ubi de causis illius. Emissione sanguinis mortui. Eodem loco de Morte, & Mortuis. Item ex loco de VENA.

INDICIUM.

Experientia teste docemur, si cadaver hominis interfecti in conspectum ducatur illius, qui id fecit, aut casu is superveniat, sanguinem stillare, ac si recens foret cædes. Cujus rei arcana nonnulli coniciunt in causam naturalem, sive antipathiam quandam inter cæsum, & cæsores, ideoque volunt experimentum illud fami, dum adhuc spiritus aliquis vitalis in corpore residet. Sed verè aliquid hic intervenire divinum existimavero. Deique occultum iudicium, qui homicidas miris modis ad pœnas rapit, sanguine humano in cœlum clamante.

Exempla hujus rei non pauca sunt. JABOBUS ab Aqueria ex vulnere occubuerat, & qui illud infixerat, comprehensus ad recognoscendum cadaver ductus fuit. Et ecce mox ebulliens sanguis è vulnere, & naribus erupit, omnibus spectantibus. Veriola lib. 2. obs. Kormanus lib. de mirac. mort. cap. 23. parte 9.

Simile narrat Engel. in Itinerario rer. Mariticarum, f. 173. Suar. in Diario, f. 343. Mart. Orenrichius de monstris, c. 17. HENRICUS Abbas Blefensis nequiter occisus, quod in disciplina servanda esset rigidior, fecerit suorum à tribus mercede ad id conductus. Igitur dum ad Ecclesiam corpus deferretur, trant rei sceleris. Et occy vulnere ipsa copiosum sanguinem emiserit. Centiprat. lib. 1. mir. ac. ul. 16. §. 2.

Idem ferebat de PUELLA septenni crudeliter à Judæis trucidata anno 1271. in pago de Plozheim. Hanc cum esset parentibus orbatâ, verula quadam Judæis vendiderat. Qui eam inter lineamina obstruendo ore detentam, per omnes membrorum juncturas crudeliter vulnerarunt, corpusque nunc exangue in profuentem proiecerunt, magnum lapidum congeriem ei superponentes. Reperta quarto die à piscatoribus, in oppidum delata fuit, & clamatum undique, perpetratum à Judæis scelus. Quod ubi Marchio Badensis, in ejus territorio id evenerat, intellexisset, venit, & corpori assilens vidit cadaver manum extendere, & velut vindictam exposcere. Igitur adductis ad hoc spectaculum Judæis, statim eruperunt omnia vulnera in sanguinem, capuque illi, & scelus confessi pœnas dederunt. lib. 2. Miraculorum, cap. 29. §. 22.

Certitudo horum Indiciorum quanta?

Disputant super ea re Doctores. Plures enim Jurisperiti sentiunt hocce indicium sufficere ad torturam, si cadaver occisi H coram certo aliquo sanguinem extillet. Atque id sapissimè præcipientes plures Scriptores ferunt. Dissentit tamen ab illis, idque prudenter, Gomezus tom. 2. variat. res. fol. c. 13. eumque sequuntur Mascardus, Godeimannus, & communiter Theologi: quod ejusmodi indicium sit nobis incertum, ejusque causa incognita, & valde remota, præsertim cum experientia probetur, non semper presente auctore occisum emittere sanguinem, ut bene advertit Hieronymus Nymanus in orat. de imaginatione, quæst. 7.

INDICIUM, ET CAUSA

CRUELITATIS.

Sanguis humanus, de illo egimus itatim: calidè cibibus, facit hominem exuere omnem humanitatis, & amoris erga hominem affectum. Exemplo est FAUSTINA Marci Imp. uxor, quæ cum Gladiatorum perditè amaret, concilio Chaldæorum occi-

occisus ille, amoris flammam in scemina restinxit, dum astu A ejus sanguinem gustasset; nihilominus peperit marito Antonium Commodum Imp. crudelem, & ferum.

Dion. Griæcus crudeliter, & efferos mores Caligulæ IV. Rom. Imp. non imputat ejus parentibus sed nutrici barbaræ, quæ oras mamillarum sanguine illinere, & fricare solebat, antequam eas infans fugeret, unde & ipse jam adultus sanguinem ab ense, quo aliquem occiderat, lambebat cum voluptate, atque id unice optabat, ut toti mundo unica esset cervix, quam posset uno ictu decapitare: & ita solus regnare. lib. 2. de Casar.

REMEDIIUM.

Scitib Paracelsus, remedium adversus podagram esse sanguinem ipsius patientis quod distillatum, & ab eo sumptum, ita tamen, ut ignoret quod sumat. Fides sit penes Auctorem Refert Kormanus c. 23. mir. mortuorum, parte 5.

Sanitas.

Vide VALETUDO.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SANITAS est status corporis actiones suas probè obeuntis: quem bonam valetudinem dicimus sva, Hebraicè Responsab. Rephuh medela à radice Rappa, lanavit Plutarchus tantitatem maximè coniunctum in causam naturalem, sive antipathiam quandam inter cæsum, & cæsores, ideoque volunt experimentum illud fami, dum adhuc spiritus aliquis vitalis in corpore residet. Sed verè aliquid hic intervenire divinum existimavero. Deique occultum iudicium, qui homicidas miris modis ad pœnas rapit, sanguine humano in cœlum clamante.

ETUS CAUSA, ET SUBIECTUM.

Alcmon assererat, continentem sanitatis causam in equitate facultatum inesse: nempe humidis, sicci, calidis, dulcis, & reliquorum. Una autem ex ipsis præpollente; morbum fieri.

Sanitas est una bona dispositio corporis humani, per quam agit, vel patitur actionem, vel passionem ei debitam secundum naturam, absque notabili læsione, atque hæc dispositio est primum in membris homogeneis, ut in ossibus, & carne, & confimilibus, & vocatur commensuratio in quatuor primis qualitibus, puta in calido, frigido, humido, & sicco: secundo est in membris hetero generis, seu officialibus, puta in manu, pede, cerebro & corde. Magnus medicus Meadolan. auctor est.

C Primum ad præsentium contemplationem pro hypothesi præsumtum est, sanitatem non esse absolute elementorum, ex quibus constituitur temperamentum, quam symmetriam appellant, quemadmodum omnibus fere, quante nos scripserunt, visum est, sed eam duraxat, quæ familiarum est partium. Deinde instrumentalem sanitatem in figura, numero, in magnitudine, ac compositione simularum consistere. Tertio, functionibus secundum naturam obeundis sanitatis habitum discerni. Postremo sanitatem quandam optimam esse, & (ut sic dicam) consummatam, atque summam quandam ceu dechientem ab hac, nec plane absolutam, perfectamve, atque hanc etiam latitudinem habere non parvam. Galen. de sanitate tuenda l. 1.

Sanus habet, & qui bene valet, & sibi spontis est, nullas obligare se legibus debet, ac neque medico neque alipta agere, hunc oportet variam habere vitæ genus, modo ruti esse, modo in urbe, sæpiusque in agro, navigare, venari, quiete cerere interdum: sed frequentius se exercere: siquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam lætiam, hic longam adolescentiam reddit, prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis uti, modo ungi, modo idiplum negligere, nullum cibi genus fugere, quo populus utatur, &c. Cornel. Cels. lib. 1. c. 1.

D Sanitas autem non consistit in indivisibili: id apparet primo, inducitur in diversâ membra, quorum non est eadem sanitas, cum consistat habere diversâ sanitates, quod rationi etiam convenit; ex quo habent diversâ operationes, quæ omnia argunt diversam sanitatem. Galenus tertio de morbo. Si quidem sanitas dispositio est factiva actus, atque hoc idem patet in consideratione diversitatis ætatum.

DE SANITATIS COMMODIS,

ET PRETIO.

APOPHTEGMATIA.

Pythagoras dicere solebat, tria à Dis præcipue petenda: Formam, divitiis, & bonam valetudinem: eo quod homo cætera sibi præstita possit. Quamquam hygnus non tam ad animi sanitatem, quam ad corporis, relictis possit. Erasim. Roter. lib. 8. Apoph. L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. VII.

Idem, Ad sanitatem corporis tria necessaria esse dicebat, videlicet, ne Famen, ne Sitim, ne Frigus patiatur. Stob.

Thales interrogatus olim, quidnam felix esset? respondit: Qui corpore sanus est, anima autem eruditus. Laert. l. 1. c. 1. Socrates monebat, ut caveret sibi homines à cibus, qui non esurientes ad edendum: & potibus, qui non sitientes ad bidentium alliciunt. Stob. serm. 99. de sanitate, &c.

Gorgias interrogatus, quomam ulus genere victus in tantam senectutem esset progressus; Nihil unquam voluptatis gratia se aut comedit, aut fecisse dixit. Eod. serm. Hippocrates querenti consilium de sanitate tuenda, respondit: Sva, modè, sva, sva, sva, sva, sva, id est, cibi, potus, somni, Venus, omnia moderata sint. Eod. serm.

Alcmon assererat, continentem sanitatis causam in equitate facultatum inesse: nempe humidis, sicci, calidi, amari, dulcis, & reliquorum. Una autem ex ipsis præpollente, morbum fieri. Stob. ibid.

Plutarchus, Optimè dictum est, inquit, non satari cibo, non refugere laborem, feminis substantiam conservare: hæc tria saluberrima esse, &c. In præceptis de sanitate.

Diogenes stomachabatur in eos, qui pro bona valetudine sacrificarent, & in ipso sacro epulis immodicis semet ingurgitantes, facerent bonæ valetudinis iacturam. Laert. lib. 6.

Idem dicebat, semitari feros, qui cum vident dominos plus æquo voraces, non illis eriperent cibos. Nam hoc esse dominorum valetudini consulere: & fervis magis convenit edacitas. Idem ibid.

Democritus dicere solebat, homines preari quidem à Deo valetudinem, cuius tamen vim in semetipsis nesciant. Dum enim inordinate vivunt, suæ ipsius valetudinis sunt proditores. Max. serm. 27.

Quantum verò emolumentum sanitas acseret homini, animo volvebat Aultrius Albertus: quem interrogatum, quam esset jucundissima possessio, respondisse ferunt: Sanitatis, cuius thesaurus, ajebat, tam pretiosus est, ut quidvis potius perpeti debeat homo, quam cum sibi eripi sinat. Cujus exemplum in Castore animali habemus; qui

Et pedibus segnis, tumida is, propendulus alio, Hac tamen infidias effugit, arte ferax. Mordicus ipse sibi medicata virilia vellit. Atque obicit, sese quarus ob illa peti. Hujus ab exemplo discet non parere rare, Et vitam ut redimas hostibus ara dare. Andr. Alcianus in Emb. Beyerluack in Apoph. Chrift.

SANITAS INCULPATA.

QUO AD

AHYIN. ACQUISITIO

SANITATIS

Quomodo.

MEDEAM Diogenes non venesciam, sed prudentem feminam esse dixit, quæ exercitiis gymnasticis molles, & effeminatos homines, otioque corruptos, ad integram sanitatem traduxerit, & laboribus in locis calidis firmaverit. Eam ob causam fabulæ occasio data, quasi homines coequando in juventutem restituerit. Brodenus in 1. Epigr. Grecorum.

Perse propter exercitationes pueriles modicas, eam sunt consequuti corporis siccitatem, ut neque fuerent, neque emungerent, nec sufflato corpore essent, inquit, Varro ex Xenophontis lib. 10. tradit. Vitaris lib. 10. Var. Lib. cap. 15.

Indi incoluntatem exercitio quarunt, & perfiditionibus, Adhibentur frigiles ex hebeno præcipue corporum expolitioni, in qua deprehenduntur curiosiores. Cels. lib. 1. 8. cap. 31. A. L.

M. Caro corporis constitutionem laboribus suis, sobrio victu, & expeditionibus, in quibus à prima ætate adolevit, per quam paravit habilem, ad roburque, & sanitatem juxta comparatam. Plut. in Catoe.

Galenus in libris de sanitate tuenda, scribit se (jam græte proveciorem) ex lassitudine nonnumquam febricitasse, nullum aliàs morbum multis jam annis experti: quoniam percussus, inquit, certis corporis partibus, unde alii phlegmone, bubo neque contractis febricitavit, ipse nunquam phlegmone bubo nemve lenis, nec febre laboravi: non aliunde certe, quam ex servandæ sanitatis arte, tanta commoda consecutus: cum alioqui nec salubrem corporis statum ab ortu ipso sim nactus, nec vitam planè liberam sortitus, sed in qua tum artis officio servierim, tum amicis, cognatis, & civibus compluribus inservierim, tum plurimam noctium partem, nonnumquam agrotantium